



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Memoria post obitum extincta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

docilitatis exanimatam luctu prosecutus est, qui uxores tres absque luctu sepelierat, quod illi à Do-
mitio objectatum legimus.

SÆVITIA OCCULTA. CAP. XXVII.

Nempe Ver-
di Pollutionis
Equitis Re-
mani, ex
Plin. l. 9.
c. 27.

Neque incongruum erit hieroglyphicum, si occultam quandam sævitiam significaturi, sangui-
nariam quippe crudelitatem in molli alioqui atque effeminato homine, per irritatam Mura-
nam expresserimus, immani Romanorum procerum exemplo, qui servitia olim Murænis expo-
bant excarnificanda: cum ea alioqui bestia exedentula sit, ut diceret Tertullianus, atque etiam exar-
guis, & excornis.

DE ANGUILLA. CAP. XXVIII.

Murana &
Anguilla
similitudo.

Invitare videtur similitudo quædam, ut Anguillam Murænam subjungamus: non quod hæc inter
amphibia sit, quod erratica, quadamque cognatione Murænam attingat: quippe cum hæc flu-
vialis, illa maritima sit Anguilla. Nam quæ in mari reperiuntur, Anguillæ, à fluminibus omnes in-
feruntur, suntque ibi omnes peregrinæ, in alienam tamen adfcitæ patriam, alienos etiam mores imi-
tantur, & labem magna ex parte eluunt, quam exterrena face secum attulerunt. Ejus vero significata
rara admodum apud Ægyptios fuerunt. Nostri multa hieroglyphicis Ægyptiorum similia, quæ per
ejus imaginem intelligenda essent, excogitarunt.

SIBI SOLI NATUS. CAP. XXIX.

Anguilla-
rum ortus.
Plin. libr. 9.
cap. 51.

Num enim id tantum super Anguilla nota traditum ab Ægyptiis inveni, ut hominem omnes
alios averfantem, & seorsum ab aliorum consortio sibi viventem, per simulacrum ejus signifi-
carent: propterea quod eam numquam cum ullo alio piscium versari, neque quidem conjugali in-
ter se usu misceri deprehendissent. Sunt qui velint eas sponte in luto humefcenteque humo pro-
venire. Sunt qui eas scopulis se atterere dicant, ea strigmenta vivere neque aliam eorum esse ge-
nerationem. Basilius Anguillas non alio ullo modo, nisi ex facultata materia limoque procreari
tradit, quarum neque ovum, neque ullum alium ad successionem modum constare compertum est.
Aristoteles porro neque marem neque foeminam in illis esse testatur, neque prolem ex se aliquam
creare posse: cum neque ovum, neque semen sortitæ sint. Ovum in nulla umquam Anguilla videtur
neque foetum in utero deprehensum, ut in iis quæ animal gignant, capillamentis tamen & lumbis
quædam similia in ventriculo reperiri non tamen ea umquam animal scere, neque eo loco gigni aut
immorari, quæ sint in foetum evasura, quia non secus ac cibis concoquerentur. Quod vero alii
cant meliores esse foeminas, quas à capitis forma fecernunt, quippe repandiore his, maribus vero
oblongiore, atque ita eas quæ à cæteris discreparent, foeminas appellarint: Philosophus idem non
maris aut foeminæ, sed generis differentiam agnoscit.

MEMORIA POST OBITUM EXTINGUITA. CAP. XXX.

Plin. libr. 9.
cap. 21.

Comenti sunt alii hominem, de quo nulla post obitum memoria superfit, per Anguillam mor-
tuam significari: illa siquidem mortua non superfluit, nec sursum tertur, ut maxima ex parte
pisces cæteri faciunt: sed pestum in profundum rapta, in eodem quo genitu est limo computrescit.
Id ea de causa fit, quod ventre sunt admodum exiguo, atque ideo minus inanes. Totum vero cor-
pus cum fere solidum sit, neque fere quicquam aëris admittat, & caro ipsa glutinosa admodum, nec
quid pervium relinquat, fit ut simulatque expirant, suomet pondere grata pestum ferantur.

PROFANUS. CAP. XXXI.

In Divinis Hebræorum litteris eadem profanæ sensu mystico dicuntur: neque enim squamosa
sunt; quique hujusmodi sunt pisces, in aquæ profundum immerfari, & in cæno libenter volutari
conspiciuntur. Ad horum similitudinem, animi qui terrena tantum sapiunt, idonei non sunt ut illi
sacra proponantur.